HIERONYMUS
Admont, Ende 12. Jh.
Seite 12r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



susceptu penitentie & hortatur ut reuertatur ad se. in laxu non
puocat ad penitentiam. s argunt impudentiam meretricis quod
post adulterium reuerti audebat ad martum. Quod q: ait. & con
taminata erit mulier illa. pquo in hebraico terra legimus.
reliquid exemplu et manifestius de terra loquitur isti qui
adultere mulieri comparatur. Utamur hoc testimonio aduer
sus eos qui fidem dni relinquentes & hereticorum erroribus p
pediti post multas fornicationes & deceptione animarum simu
lant se reuerti ad pristinam ueritatem. n ut deponant uenena s
ut ceteris insinuent. Leua oculos tuos in directum. & uide
ubi non pstrata sis. Inuius sedebas expectans eos quasi latro
insolitudine. siue quasi cornix deserta. Pro latrone & cornice
in hebreo araue scriptum est. quod potest & arabas significare.
Que gens latrocinis dedita usq: hodie incursat terminos pa
lestine. & descendentibus de hierlm hiericho obsidet uias.
Cuius rei & dns in euuangelio recordatur. Leua igitur oculos
tuos hierusalem & huc illucq: circumspice. & uide ubi non
pstrata sis fornicatione. Quomodo enim solent latrones ad
uesperam. & in desertis locis uiatoribus insidias tendere. sic
tu iuxta fornicariam puerbiorum sedebas inuius aduesperam.
ut concubitu tuo interficeres animas fornicantium. ppter
quod uniuersa terra polluta est in fornicationibus tuis.
Significantur q: iuxta anagogen his qui hereticos errores de
serere se pmittunt. preciptur ut leuent oculos in directum.
Nisi enim recta uidere ceperint. prauitatem pristinam d'apnare
non possent. Et polluisti. siue interfecisti terram fornicationib
tuis & in malis tuis. Quam obrem phibite sunt stillę pluuiarum.
& serotinus imber non fuit. siue & habuisti pastores multos.
in offensione tui infecta est terra siue polluta. ppter fornica
tionem eorum qui idolatrię fornicationi perierunt. Unde ab
lata est omnium rerum benedictio. ut paterentur siccitate ser
monis dei. siue habuit pastores per quos offenderet dm. ut
qui magistri ee debuerant ut alios aberrore phiberent. auc
tores impietatis exstiterunt. Frons mulieris meretricis